

euntes ipsius & Ecclesie hostes ardebunt horribiliter: A Matth. xxv, 41. L. de Inferno.

(2) Tempus sicut divina gratia seu vultus sereni, sic & ira, est definitum: 2. Corinth. VI, 2. Jes. XLIX, 9. Rom. XIII, 12. Vide homo, quæ nunc in hisce diebus tuis ad pacem: Luc. XIX, 42.

(3) Absorbet Dei ira horribiliter, inevitabiliter, irreparabiliter. Et licet damnati supersunt, non tamen vivunt, sed continuo moriuntur.

USUS E VERSU XI.

(1) Posteritas hostium Christi, (vestigiis scilicet parentum insistentes,) pernicii majorum haeres manet, Exod. XX, 5.

(2) Superstites quandoque inter homines manent nonnulli, in documentum aliorum: Psal. CIX, 9. conf. Dan. IX, 28. Matth. XXIV, 15. Luc. XIX, 43.

USUS E VERSU XII.

(1) Etiam cogitata & insidia graves merentur penas, L. de peccato.

(2) Multa deliberantur callide, quibus tamen expediendis impares sunt auctores pravi. Vanitas consiliorum. Jes. VIII, 10.

USUS E VERSU XIII.

(1) Oneribus semper subijci, magnum certe infortunium. Bajulorum cohors parum prospere vivit. Humeros, non capita, constituit Deus impoenitentes, si non hic, certe illic.

(2) Jacula Dei non mox intorquentur, sed in terrorem ostenduntur: Rom. II, 4.

(3) Eadem non fallunt, sed rectè faciem feriunt, nisi respiciendo à malis descedant impii tempestivè.

USUS E VERSU XIV.

(1) Deus exaltatur suo robore, quando ejusdem luculenta edii in hostibus specimina. Patienter ergo tempus hoc expectandum, instanter orandum, attendendum.

(2) Laus omnis debetur Deo. Hac & cantu & sermone exhibetur. Hac circa potentiam Dei præcipue versatur, Secundum præceptum. Psal. CXV, 1.

PSALMI XXII. DISPOSITIO.

Cerva matutina. Amarum dulce. Passionale Propheticum, Passio, exaltatio.

Est hæc Messie patientis tum flebilis oratio, tum exaltandi gratitudo. Adeoque traditur post titulum vers. 1.

I. Querela: ob (1) desertionem: vers. 2. (2) denegatam exauditionem: vers. 2. & 3. (3) prioris benignitatis (vers. 5. 6.) præclusionem: *ibid.* (4) ignominiosam sui tractationem: vers. 7. 8. (5) pietatis exprobrationem, vers. 9. quæ ipsa pietas Deum ab utero protectorem agnoscit, vers. 10. 11.

II. Oratio: (1) præsentiam gratiosam exoptans, vers. 12. (a) ob angustiae propinquitatem, *ibid.* (b) ob succurrentis defectum, *ibid.* (c) ob hostium furorem, qui juveni, tauri, leones, &c. vers. 13. 14. (d) ob patientis debilitatem: *instar aquæ effusus sum.* vers. 15. item *ossa disturbata, cor liquefactum,* *ibid.* *vis arefacta* vers. 16. *lingua palato adhæ-*

rens, corpus sepulcro inclusum, *ibid.* (e) ob hostium insolentiam continuatam, *qui instar canum, &c.* vers. 17. (f) ob manuum pedumque perfossionem, *ibid.* (g) maciem, vers. 18. (h) hostilem illusionem, *ibid.* (1) vestium distractionem, vers. 19. (2) opis accelerationem quærens: vers. 20. nec non (3) animæ ereptionem, vers. 21. 22.

III. Gratitudinis promissio: ubi (a) factum præstandum, quoad (1) nominis divini solennem celebrationem, vers. 23. 26. (2) aliorum compellationem, vers. 24. votorum exsolutionem, vers. 26. (b) Ratio impellens est divina exauditione, vers. 25. miserorum saturatio: vers. 27. 30. invocantium perennis vivificatio, *ibid.* gentium quarumvis ad verum Deum conversio; vers. 29. 30. ad posteros propagatio, vers. 31. 32.

PSALMUS XXII.

EXPLICATIO VERSUS I.

למנצח: Præcentori vel præfecto musico: traditus nempe est hic Psalmus à Davide, ad publice eundem cantandum: vide Psal. XIX, 1.

על super: h. e. de: sic & alibi particula hæc reddenda venit, quando objectum exprimit, v. g. Gen. XLI, 15. *אָדוּוּ עָלַי*. Joel. I, 3. *נַרְבֵּץ עָלַי* de eo. (Sic i. *Æneid.* multa *super* Priamo rogans &c.) Syrus titulum planè omittit. Chaldaus: *לְשִׁבְחָהּ עַל הַקּוֹף קוֹרְבָן תְּדַרְבָּהּ וְקָרְבָּנָהּ* h. e. *ad laudandum; super virtutem oblationis jugis aurora* (vel sacrificii jugis matutini) qui ipse paraphrastes *עָלַי* videtur accepisse tanquam *עָלַי רֹבֵר* quod nomen infra adhibetur vers. 20.

עֵלַי: *cerva.* h. e. de illo, qui similis est cervæ matutinae; sic enim personæ sapius tribuitur nomen rei, cum qua comparatur; quomodo v. g. Juda appellatur catulus, Gen. XLIX, 9. item uxor dicitur *עֵלַי* *cerva amorum*, Proverb. V, 19. Christus, leo, de tribu Juda Apoc. V, 5. &c. & h. l. Christus appellatur, *cerva* (ita nam-

que nomen hoc in sacris nunquam de stella, vel robore, sed semper de animali hoc usurpatur, v. g. Genes. XLIX, 21. Naphthali *עֵלַי* dimissia: Prov. V, 19. Uxor *עֵלַי* Jer. XIV, 5. *עֵלַי* in agro peperit: sic *עֵלַי* cervæ parientes, Job. xxxix, 1. Psal. xxix, 9. terrentur à tonitru, sic pedes cervarum 2. Sam. XXII, 34. Psal. XVIII, 34. Hab. III, 18. ita Salomo: adjuro vos per cervas agri, Cant. II, 7. III, 5. hæc est inductio omnium locorum: masculinum est *עֵלַי* *cervus*: (radix *עֵלַי* *virtus*:) nimirum ratione amabilitatis, mansuetudinis, dum non mordet, ferit, recalcitrat aut lædit, item ratione persecutionis ac passionis, quatenus nempe à canibus ac venatoribus infestatur, vers. 17. ratione debilitatis in exinanitione extrema ac voluntaria, cujus causa etiam non cum cervo, sed cum cerva comparatur, &c. Confer Cant. II, 17. & VIII, 14. ubi hinnulo Messias comparatur. Plura de *cerva* dabit Dieteric. *antiqu. bibl. f. 440.* LXX. reddunt: *עֵלַי תִּשׁ אַנְטִי־לֵוֹס תִּשׁ יִשׁוּרִים.* Vulg. pro *suscceptione matutina*: sic ferè & Æthiop. Conjecit Grotius, lectum fuisse *עֵלַי* loco *עֵלַי*, verum quam